



Inp  
Ae  
Ae  
Ae  
Pa  
Pn  
Am  
A  
A  
H  
d.

M  
M  
A  
E



**A.**

Iustas Anglorum in Galliam preten-  
siones . . . . . 7.

Aeterna vita ex ratione gentiumque  
consensu . . . . . 8.

Actuum moralium norma . . . . . 9.

Aestimator et cultor humanioris  
litteraturae Lutherus . . . . . 15.

Paradigma Politici in T. Pompon. Attico.  
17.

Priscis Romanorum Aedilibus . . . . . 34.

Antiquitas Martyrologica . . . . . 38.

Athanasii Exilius . . . . . 39.

Astronomorum hypothesebus . . . . . 41.

Amore Dei . . . . . 47.

Habitu corporis humani ad actiones  
moraless . . . . . 50.

d. Accentibus s. distinctionibus He-  
braeorum Prosais . . . . . 56.

d. imaginibus Veterum in Bibliothecis et  
alibi positis . . . . . 19.

Belli et pacis iustitia in regno Por-  
tugalliae fundata . . . . . 26.

Barbarorum populorum praecultioni-  
bus prerogativa . . . . . 40.

Burdigalensi rebellionem . . . . . 57.

**B.**

officio Principis circa Bellum suscipi-  
endum . . . . . 2.

Magis Bethlehemi profetae stella duce  
13.

An Bruta sentiant . . . . . 14.

Brutorum religione . . . . . 24.

**C.**

d. Causis fabularum et origines genti-  
um . . . . . 6.

Comparatio obligatum, q. ex diversis  
hominum statibus oriuntur . . . . . 11.

Cultor et estimator humanioris litte-  
raturae Lutherus . . . . . 15.

Prudentiae civilis capitibus Principis . . . . . 25.

Cometarum natura . . . . . 31.

R. des Cartes Metaphysica divina . . . . . 35.

R. des Cartes Utopia Spirituum . . . . . 36.

Populorum barbarorum praecultioni-  
bus prerogativa . . . . . 40.

Quid cognosci possit de statu mentis post  
mortem ex lumine naturali . . . . . 45.

Cardinalibus virtutibus . . . . . 48.

Cardinalibus vitiiis . . . . . 49.

Corporis humani habitu ad actio-  
nes morales . . . . . 50.

de Comwello vaticinio Yserii . . . . . 52.

Summa capita iuris Nat. ac

Gentium in officiis humanis... 59.

Emphasibus scripturae . . . . . 42.  
d. Ευκαταστασις. Tempestivitate. 53.

Modis decernendi successorem in  
regnis . . . . . 1.  
Dei scientia an rebus necessitatem  
inferat . . . . . 3.  
Duce Stella profectis magis ex oriente  
Bethlehemum . . . . . 13.  
Divina Metaphysica R. des Cartes . . 35.  
Dei amore . . . . . 47.  
d. Distinctionibus Hebraeor. Prosais . . 56.

Fabularum cum gentium origines causas  
d. Figuris planis Isoperimetris regu-  
laribus . . . . . 30.  
Fatalibus Imp. et Monarchiarum  
periodis . . . . . 58

Scintilla Neronis in Ecclesiam . . . . 16.  
Eloquentia . . . . . 23.  
Edicta Juliani contra Philos. Christianos . . 28.  
d. Ente . . . . . 35.  
Exsiliis Athanasii . . . . . 39.

Gallia R. iute in Lotharingiam . . . 5.  
cum Gentium origines fabularum ad. 6  
in Galliam iusta Anglorum extensiones. 7

In  
His  
Hon  
Ex H  
Hum  
His  
Hyp  
Hon  
wh  
Hab  
Hu  
Heb  
J. N



42. Iuris Nat. et Gentium Summa capi-  
53. ta in officiis humanis... 59

42. 6. 30. m 58  
5. 6. nes. 7

Historia sine Parente . . . . . 6.  
Hominiū Temperamentis . . . . . 10.  
Ex Hominiū Statibz diversis obligationū  
orientium comparatio . . . . . 11.  
Humanioris litteraturae cultor et  
estimatoꝝ Lutherus . . . . . 15.  
Historia Portugalliae . . . . . 26.  
Hypothesibus Astronomorum . . . . . 41.  
Hominiū multiplicatione secundum  
utramq; essentiae partem . . . . . 43.  
Habitu humani corporis ad actio-  
nes morales . . . . . 50.  
Humana mente . . . . . 55.  
Hebraeorū distinctionibz Prosais 56.  
I. Nat. et Gent. Summa capita in  
officiis humanis . . . . . 59.

7  
Iure R. Galliae inlotharingia . . . 5.  
Imaginibz veterum in bibliothecis  
vel alibi positis . . . . . 19.  
Imperii expers religio . . . . . 21.  
Inconsulta vocis moderamine . 22.  
Iustitia belli et pacis in regno Portu-  
galliae fundata . . . . . 26.  
Juliani edictum q̄ Christianos Philosophos 28  
d. figuris planis Soperimetris regu-  
larebus . . . . . 30.  
Imbecillitate luminis naturalis in de-  
monstrando statu mentis post mortem 32  
Juliana periodo . . . . . 51.  
Imp. et Monarchiarum fatalibz  
periodis . . . . . 58.  
Iuris Nat. et Gent. Summa capita  
in officiis humanis . . . . . 59.

Quid de statu mentis post mortem ex lumine naturali cognosci possit. 45.

**M**

Modis decernendi successorem in regnis - - - - - 1.

Moralium actuum norma - - - - - 9.

Magis ex Oriente stella duce Bethlehemum profectis - - - - - 13.

Moderamine inconsulta vocis - - - - - 27.

Miscellæ theses ex Philosophia - - - - - 27.

Mathematicarum proposit. selectarum decas - - - - - 29.

Luminis nat. imbecillitas in demonstr. statu Mentis post mortem - - - - - 32.

Metaphysica divina R. des Cartes - - - - - 35.

Martyriologica Antiquitas - - - - - 38.

Multiplicatione hominum secundum organ. essentiae partem - - - - - 43.

Quid de statu Mentis post mortem ex lumine natur. cognosci possit? - - - - - 45.

Stabilitate corporis humani ad actiones morales - - - - - 50.

Mente humana - - - - - 55.

Monarchiarum et Imp. fatalibus periodis - - - - - 58.

L

Jus R. Gallie in Lotharingiam - - - - - 5.

Lutherus litteraturæ humanioris cultor et estimator - - - - - 15.

Luminis naturalis imbecillitas in demonstr. statu mentis post mortem - - - - - 32.

Legis natur. primo principio - - - - - 44.

ex  
45.

m  
1.  
9.  
13.  
27.  
27.  
40.  
49.  
52.  
55.  
38.  
43.  
45.  
50.  
55.

**N**  
 An Necessitatem rebus inferat Dei  
 Præscientia? ... 3.  
 d. Namurco urbe. ... 4.  
 Norma actuum moralium ... 9.  
 Neronis (Claudii in reip. et ecclesiam  
 - Severitia. ... 16.  
 Natura Cometarum ... 31.  
 Naturalis luminis imbecillitas in demon-  
 strando statu mentis post mortem. ... 32.  
 Naturalis Legis primo Principio. ... 44.  
 Quid de statu mentis post mortem ex  
 lumine Natur. cognosci possit? 45.  
 Nat. juris ac gentium summa capita  
 in officiis humanis. ... 59.

**O**  
 officio Principis cū bellu suscipiendū. 2  
 Causæ et Origines gentium ... 6.  
 fabularum.

Obligationum ex diversis hominum sta-  
 tibus orientium comparatio ... 11.  
 Oriens in Occidente. ... 37.  
 In officiis humanis summa iuris  
 nat. et gentium capita. 59.

**P**  
 Principis officio cū bellu suscipiendū. 2  
 Præscientia Dei an rebus inferat ne-  
 cessitatem. ... 3.  
 Sine Parente historia. ... 6.  
 Præfensiones iusta Anglorū in Galliam  
 Preparatione ad sapientiam. 12.  
 d. præfectis magis ex oriente Bethlehe-  
 mum stella duce. ... 13.  
 Paradigma politici in J. Pompon. Attico. 17.  
 Præcipuis prudentiæ Civ. capitibz. 25.  
 Portugallia Historia. ... 26.  
 Propositionū Mathematicar. Selectarū  
 decas. ... 29.  
 Planis figuris isoperimetris regulantibz. 30.  
 Priscis Romanorum doctibus. ... 34.  
 Prærogativa Populorū barbarorum  
 præ cultioribus. ... 40.  
 Primo Principio L. Naturalis. 44.

d. Præiudiciis - - - - - 46.  
 d. Periodo Iuliana - - - - - 31.  
 Profanis Hebraeor. distinctionibus... 56.  
 Periodis fatalibus Imp. et Monarchi-  
 arum - - - - - 58

variis modis decernendi succes-  
 sorem in regnis. - - - - - 1.  
 Nervis in romp. et Ecclesia Savitia. 16.  
 Reclamatione et Retractatione Veterum. 18  
 Religio expers imperii - - - - - 21.  
 Religione brutorum - - - - - 24.  
 Regularibus figuris planis isoperimetris. 30.  
 Romanorum prisca editibus. - - - 34.  
 Rebellionem Burdigalensi. - - 57.

L.

Va  
 G  
 ex  
 ori  
 ad  
 d. m  
 an  
 Sav  
 d. Se  
 Imbe  
 Stat  
 Spin  
 Scrip  
 Luid



variis modis Suecessorem de-  
 cernendi in regnis . . . . . 1.  
 ex diversis hominum Statuum  
 orientium obligationum comparatio  
 ad Sapientiam preparatione . . . 11.  
 d. magis ex oriente Stella duce Bell  
 lehemum profectis . . . . . 13.  
 an sentiant bruta . . . . . 14.  
 Savitia Neronis Claudii in temp.  
 et Ecclesiam . . . . . 16.  
 d. Secesibus Veterum . . . . . 20.  
 Imbecillitas luminis nat. in demonst.  
 Statu mentis post mortem . . . 32.  
 Spirituum Vtopian R. des Cartes . . 36.  
 Scriptura emphasibus . . . . . 42.  
 Quid de statu mentis post mortem ex  
 lumine natur. cognosci possit. 45

Temperamentis hominum . . . 10.  
 Theses Miscellae e Philosophia . . 27.  
 d. Tempestivitate . . . . . 53.

1.  
 16.  
 18.  
 21.  
 24.  
 30.  
 34.  
 57.



U. V.

Variis modis decernendi successorem in regnis . . . . .	1.
De Urbe Namuro . . . . .	4.
Vita aeterna ex ratione gentiumque consensu . . . . .	8.
Veterum recitatione et retractione . . . . .	18.
Veterum imaginibus in bibliothecis vel alibi positis . . . . .	19.
Veterum secessibus . . . . .	20.
Vocis inconsulta moderamine . . . . .	22.
Utopian spirituum R. des Cartes . . . . .	36.
Virtutibus Cardinalibus . . . . .	48.
Vitiis Cardinalibus . . . . .	49.
Vferii Vaticinii de Comwello . . . . .	52.

~~54.~~

Q. D. B. V.

# HISTORIA

SINE PARENTE.

De

## CAUSIS FABULARUM CIRCA GENTIUM ORIGINES,

*IN ALMA FRIDERICIANA*

PRAESIDE

M. JOH. PETR. LUDOVICO,

Hala Sjev.

C.P. Caef. & Phil. Adjunct.

*differet in publicum*

LAURENTIUS ZERNOTTE,

Belgard. Pomer.

Ad diem XXI. Julii clc lo viicc.

Horis antemeridianis

locoqve confveto.



HALAE MAGDEBURGICAE

Typis CHRISTOPHORI SALFELDII, REGIMINIS ELECT.

BRANDENB. Typ.



*Illustrissimis ac Generosissimis Dominis,*

**D. CAROLO OTTONI &  
D. HENRICO WILHELMO**

Fratribus, S. Imp. Comitibus in Solms, Münzberg, & Sonnenwald,  
Dominis in Wildenfels, Baruth, Buch, & Laubach, &c.,

**D. LUDOVICO WILHELMO**

S. Imperii Comiti in Löwenstein, Wertheim, Rochefort,  
Virnenburg & Montagu &c.

**D. WILHELMO FRIDERICO Libero**

Baroni ab Halweil in Nekarbayhingen, Centurioni Equestri,

**D. ALBERTO ANTONIO de Krakau,**

**D. CHRISTIANO CASIMIRO**

à Menzingen,

**D. RAIMUNDO JOACHIMO**

à Jazkow,

**D. JOH. ADAMO STETTNERO**

de Grabenhoff,

**D. RAIM. A. LEOPOLDO à Lövvenberg,**

**D. L. JOSEPH. LEOPOLDO à Lovvenberg,**

**D. A. FRIDERICO de Ellrichshausen,**

Collegii Pufendorffiani Historici

*Auditoribus Lectissimis,*

Venturi Seculi Deliciis

*Dominis meis omni cultu suspiciendis,*



BONO CUM DEO.

**Q**uam plerique perdunt, quae  
eam in gentium origines insumunt.  
Ipsa enim hic ratio delirat, curiosa ni-  
mis, neque ingenium aliquid, aut ju-  
diciū valet; nisi testibus rerum idoneis in-  
structum firmatumque. Hi vero cum deficient;  
ipsa historiarum initia deficient, nulla hominum  
industria refarcienda. Mittimus igitur desperatum  
laborem; cautiùs ac circumspectius facturi: si  
causas rationesque insuperabilis hujus difficultatis,  
non ingenio nostro fingamus; sed ex veris erua-  
mus historiarum monumentis.

§. I.

**A**d in principio quidem antiquam ac sim-  
plicem vitae humanae rationem, quae  
ultima illa primorum hominum aetate  
obtinuit, historiis condendis nec suffecisse, nec  
sufficere potuisse, ille demum sentiet; qui hujus  
artis momenta expendit, & cogitat simul, quam  
alieni tunc ab omni literarum & humanitatis ge-  
nere fuerint mortales. Equidem non eo impu-

A 2

den-

dentiae progredior, ut Lucretius, (a) Sicalus, (b) Vitruvius, (c) Horatius (d) aliique fecerunt. Hi enim

*Homines primi muti ac feri.* (a) *Lib. V. de Rer. Nat. p. 134.* LUCRETIUS ita de primis canit hominibus:

*Vulgivagi vitam tractabant more ferarum, Glandiferas inter curabant corpora quercus, Et nemora atque cavos montes, silvasque colebant. At varios linguae sonitus natura subegit Mittere, & utilitas expressit nomina rerum. Non alia longe ratione, atque ipsa videtur Protrahere ad gestum pueros infanzia linguae, Cum facit, ut digito, quae sint praesentia monstrant. Proinde putare aliquem tum nomina distribuisse, Rebus & inde homines didicisse vocabula prima Desipere est Pentateuchi in primis mihi autorem corrigere velle poeta*

*An Adamus nominata imposerit animantibus* videtur. MOSES enim omni animantium generi nomina sua Adamum imposuisse c. II. *Genes. v. 20.* dicere videtur. Consentiant JOSEPH. lib. I. *Antiq. & EUSEBIUS lib. I. de Praep. Evang.* Sed quid, si JUNIUS probaverit; nomina imponere apud Hebraeos nihil aliud esse, quam datam rem sibi asserere. parentum instar, qui tum demum filios pro suis habuerint olim, cum

nomina iis imposuissent. vid. ejus *Praelectiones in Genesim c. 2. p. 120. sq.*

(b) In eandem sententiam Idem DIODORUS SICULUS l. I. *Biblioth. pag. 8.* concedit, ita aiens: *Homines vero primitus natos vitam inconditam & beluinae egisse, memorant. Cumque a feris infestarentur; mutuo sibi opitulari edocti, & metu ad societatem adacti paulatim cognatas inter se formas agnoverunt. Voce autem adhuc confusa & nihil significante; pedetentim verba articulate pronuntiando, & signis unamquamque rem subjectam notando, elocutionem tandem rerum omnium sibi notam fecerunt. Sed cum per totum orbem ejusmodi caetus coirent, & quique, ut fors dabat, verba conneckerent non eadem omnes loquela utebantur. Ideoque variae omnique generis linguarum formae extiterunt, & primae illae congregationes universis originem nationibus praebuerunt.*

(c) Debet VITRUVIUS Idem omnia sua Lucretio Poetae, quem sequitur hic. verba ejus lib. II. c. 1. p. 39. extant, & satis quidem lepida sunt: *Homines vete-*

enim primos homines, surdos plane ac mutos, ferarum more, in sylvis ac cavernis, locisque inaccesis aliis delituisse scribunt; orationem vero longam demum inter illos consuetudinē effecisse; qua tandem conjuncti inter se sociatique sint. Quos inertiae suae nisi sacrae literae, condemnarent, ego

CON-

vetere more, ut ferae in sylvis & speluncis & nemoribus nascebantur, ciboque agresti vescendo vitam exigebant. Interea quodam in loco ab tempestatibus & ventis, densae crebritatibus arbores agitatae, & inter se terentes ramos, ignem excitaverunt: & eo flamma vehementi perterriti, qui circa eum locum fuerunt, sunt fugati. Postea re quieta propius accedentes, cum animadvertissent commoditatem esse magnam corporibus ad ignis teporem ligna adjicientes, & eum conservantes, alios adducebant, & nutu monstrantes ostendebant, quas haberent ex eo utilitates. In eo hominum congressu cum profundebantur aliter spiritu voces, quotidiana consuetudine vocabula, ut obtigerant, constituerunt: deinde significando res saepius in usu, ex eventu fari fortuito coeperunt, & ita sermones inter se procreaverunt. Cum vero homines haberent a natura primum ut erecti ambularent, manibus item &

articulis, quam vellent, rem faciliter tractarent: coeperunt in eo coetu alii de fronde facere tecta, alii speluncas fodere sub montibus, nonnulli hirundinum nidos imitantes, de luto & virgultis facere loca, quae subierunt, donec indies meliora genera casarum efficiebant.

(d) Poetis hunc errorem facilius condonamus, & HORRATIO eo magis, quo is sibi majorem sumpsit fingendi, & durius loquendi licentiam. Sed rem apertissime lib. I. Serm. sat. III. p. 166. exprimit:

Cum prorepserunt primis animalia terris, Mutum & turpe pecus, glandem, atque cubilia propter Unguibus & pugnis, dein fustibus atque ita porro Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus. Donec verba quibus voces sensusque novarent, Nominaque invenere, dehinc obsistere bello; Oppida coeperunt munire & ponere leges, Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.

A 3

(e) Cum

condemnare non ausim. Satis enim ponderis Lucretii habet argumentum, quo sermonem nemini naturalem esse contendit, cum & hodie eum infantes usui debeant, & semper debuerint ante (e) Sed Deo magistro orationem Adamum ab initio didicisse, filios que docuisse, cum sacro codice utique statuendum est. Nihilofecius tamen illos ridere soleo, qui aurea hic secula fingunt, (f) & nescio quam primis hominibus sapientiam & artes scripturasque tribuunt (g) aut li-

*Quare primi homines nesciverint loqui.*

(e) Cum illis LUCRETII, quae ab initio citavimus, sequentia lib. V. p. 137. jungi possunt. Quibus illos ridet, qui Linguae usum primum hominem natura habuisse, unum etiam illum filios filiasque docuisse credunt, rei ingruentiam ita sibi demonstrare videtur. Nam hic (homo primus) posset cuncta notare, Vocibus & varios sonitus emittere Linguae. Tempora eodem alii facere id non quivisse putentur? Praeterea si non alii quoque vocibus usi, Unde data est huic prima potestas, Quid vellet, facere, ut scirent animoque viderent? Cogere item plures, Non poterat rerum ut perdiscere nomina vellent. Nec ratione docere ulla, svadereque surdis, Quid sit opus factio.

(f) Omni vitio ac labe primos homines caruisse, quorum aetatem auream propterea dicunt, hoc est felicissimam, profani passim asserunt scriptores. Omnium interpres esse OVIDIUS poterit, lib. I. Metam. Ubi horum temporum felicitatem copiose describit. Quem & JUSTINUS lib. I. sequitur, & ANNIUS VITERBIENSIS integrum librum de Aureo seculo scriptum sub FABRI PICTORIS nomine reliquit, qui invenire est p. 125. Pseudo Berosi Vitembergae 1612. editi, inter cetera Annii hujus figmenta.

*Aurea secula.*

(g) Quod Adam diuturnis & perpetuis rerum conditarum observationibus multum debuerit, facile largior. Sed aliter illi

*An Adam artium gnarus fuerit.*



literarum apices in faucibus nostris depictas cum  
Helmontio quaerunt, (h) aut coelatas in coelo stel-

larum

illi judicant, qui eum rerum  
divinarum humanarumque pe-  
ritissimum, etiam post lapsum  
fuisse, palmam, si nunc viveret,  
illis quoque praerepturum, qui  
multum se hodie in iis studiis  
profuisse putent, mira quadam  
animi levitate existimant. Ve-  
rius ego ac certius ita colligo:  
*Quicquid nulli mortalium natura  
contingit, illud natura nec Adamo  
contigit post lapsum: meliores vero  
artes homini natura nullae contin-  
gunt, sed usu acquiruntur; Ergo  
nec contigerunt Adamo natura.*  
Nam imago Divina non in  
sanctitate & rectitudine tan-  
tum; verum etiam in sapien-  
tia ac *ἰσχυρία* juxta APO-  
STOLUM Col. III. v. 10. & ortho-  
doxos omnes constitit. Quam  
vero cum prorsus atque omni-  
no, *totaliter* Theologi dicunt,  
amiserit peccato admisso A-  
dam, sapientiam quoque per-  
didit, quae proveniebat ex illa.  
adeoque intellectus mirum  
quantum obfuscatus & crassis-  
simis tenebris involutus est.  
Nec ultra sapere Adamus po-  
tuit miserum post lapsum, quam  
hodie nullis artibus edoctus,

nullo usu exercitatus homo.  
Ecquae enim justitia divina  
fuisset; si formaliter peccanti,  
ut cum scholis loquar, plus de  
rueribus imaginis divinae,  
quam posteris ejus reliquisset,  
qui per imputationem saltem,  
& peccato alieno peccarunt.  
Addo denique si Adamus artium  
notitiam habuit, aut imagini  
divinae, aut suae debuit. si illud,  
amisisse post lapsum diximus:  
hoc vero si est, etiam in poste-  
ris, quos secundam suam ima-  
ginem procreavit, manere  
notitia illa debuit, quod tamen  
quin factum sit, experientia do-  
docemur. Tandem ipse Mo-  
ses quarundam artium initia do-  
cet, quae post Adamum coepere.  
Errant igitur qui subtilissimas  
ab eo controversias in sacris  
petunt, summae aequitatis ju-  
dicem in jure faciunt, Aescu-  
lapios & Galenos in lumbis  
ejus quaerunt, & omnium tan-  
dem artium initia, quo augu-  
stiora fiant, ad illum referunt.  
Simplicitatis enim suae speci-  
mina ubique edidit post lapsum  
imprudens Adam. Nam ad-  
missae culpae rationem in De-  
um

rum scilicet situ ac ordine, somniant cum Gaffarello. (i) Cum tamen liquido constet, homines post lapsum stipites plane ac rudes in bonis artibus, omnibus ac singulis natura fuisse; & praeter sulcum ac aratrum, si tamen vel hoc eis tribuere cum veritate

um iudicem rejecit, mira protervia. Neque etiam in homicidam filium animadvertisse, ut par erat, legimus. negligenter potius filios educasse, nec paternam autoritate sua, ut patriarchae fecerunt post, in obsequio familiam suam & partibus continuisse, consecutione propria ac facili conficitur. Sed in haec alii inquirant; nobis HELMONTIUS in libro citando penitus displicet, qui scriptoriam artem in ore Adami ac lingua quaerit hominique naturalem semper fuisse contendit. de aliis inferius dicemus lit. m.

*Helmontii Alphabeti is vere naturalis Hebraici autor est, quod Sulzbetum naturale.* (h) Alphabeti is vere naturalis Hebraici autor est, quod Sulzbetum naturale. diit. Rixum hic ne Anaxagoras quidem cohiberet, quem tamen nunquam risisse Aelianus lib. VI. scribit; si deliria nempe audiret, quibus is autor abundat. Quae tamen, ceu novum

aevi sui inventum, obtrudere ac persuadere eruditis arroganter ac confidenter existimat. Ipse enim in fronte libri, ante speculum ei oppositum, quod ejus faciem repraesentat, depictus sedet, circulum manu tenens. Hunc dilatato impudenter ori applicat, linguaeque flexus ac reflexus in pronuntiandis literis Ebraicis observat, earumque tandem cum linguae humanae motibus exactam similitudinem esse  $\omega\upsilon\zeta$   $\chi$   $\lambda\alpha\zeta$  defendit. Sed elogio acquiescimus nos, quo libellum hunc suum autor p. 106. sub fin. ornat, dum inquit: *hoc mihi nuda & simplex meditatio suggestit dum cogitavi, quid faciendum esset, si vivere me oporteret in insula quadam, in qua non nisi homines a navitate sua surdi habitarent.* His enim aperire per signa haec talia animi sensus se posse confidit.

(i) Hoc parum melior *Jacobus*

tate possumus, scivisse. Id enim & Moses docet(k)  
& sapientiores omnes, & historia confirmat, imo  
quivis

*Alphabe-* bus GAFFARELLUS est. Cu-  
*rum coe-* jus liber *Curiositez Inouyes*, curio-  
*leste,* sitates inauditatae, Gallico e-  
quidem idiomate primum scri-  
ptus; sed animadversionibus  
Georg MICHAELIS auctus,  
Latineq; versus Hamburgi pro-  
diit 1666. Ita vero hic suam  
aperit c. XII. p. 258. 259. senten-  
tiam: *Qui veterum doctrinam ad*  
*nos per manus transmissam exami-*  
*narunt, nihil in speciem ab-*  
*surdius ducunt, quam, quae in*  
*coelo pinguntur & finguntur anima-*  
*lium aliarumque rerum imagines.*  
*Cur enim inquirunt in locis, spiriti-*  
*bus beatis destinatis, monstra colloca-*  
*re placuit? ut pisces, tauros, gemi-*  
*nos & quae sunt generis ejusdem.*  
*Quaenam in coelum inuenta sint,*  
*haec ab usurda, ut ex eorum tradi-*  
*tis, monstrorum verius, quam beato-*  
*rum domicilium haberi possit; nos ta-*  
*men docemus, varios stellarum positus*  
*Hebraicorum characterum diversita-*  
*tem referre. quodque, ut illi sepa-*  
*ri & juncti suas habent significatio-*  
*nis, ita stellas solas, aut aliis junctas*  
*sua nobis pandere mysteria? Et por-*  
*ro Statuamus igitur stellas posse suo*

*positu certos characteres constituere,*  
*ex quibus mutationes, & quae in ter-*  
*ris accidunt dignosci possunt. Ra-*  
*tiones ejus sunt; quod stellae*  
*frustra alias ordinem suum fer-*  
*vent, & vilem usum ho-*  
*mini, propter quem tamen o-*  
*mnia creata sint, praestent.*  
*Tum etiam, quia in sacris cœ-*  
*lum liber expresse dicatur. ESA.*  
*34. vers. 4. & PSALMO 19. v. 1.*  
*narrare gloriam Dei. פסס autem*  
*juxta Rabb. Philologos nun-*  
*quam pro rebus inanibus poni.*  
*quorum etiam illud faciat,*  
*quod vers. 5. lineae coelo tribu-*  
*antur, per illas enim commode*  
*litteras intelligi putat. denique*  
*LUC. 10. v. 20. huc trahit: gau-*  
*dete quod nomina vestra cœlis*  
*sint inscripta. Herculeae sane*  
*argumenta, si Musis placet.*  
*Cujus tamen figmenti Gaf-*  
*farellus autor censeretur non debet.*  
*Subtilitas haec Rabb. est, quos*  
*ipse citat, cum quibus etiam*  
*patrum dicta Origenis, Ambrosii*  
*& Augustini confert. Sed omni-*  
*um maximum est, quod recen-*  
*tiores etiam hanc quaestionem*  
*tractare suis scriptis non pu-*  
*derit. an stellae legi possint?*  
B uti

(quibus etiam vel sensibus id iudicat, quum artes  
usu ac observationibus debeamus, diuturnis ac  
per multa secula continuatis (I) Verum ne litera-  
rum quidem elementa cum sciverint ab initio mor-  
tales: qui scribere tandem historias, resque gestas  
literis ad posteritatem transmittere potuerunt. (II)

## II. Igi-

uti CAPNIO *de art. cabal.* MI-  
RANDULANUS *quest. 74.* A-  
GRIPPA *occult. Phil. l. 44. fol. 336.*  
PIERIUS *in Hieroglyph.* VIG-  
NERIUS *in numeris*, BANEL-  
LUS *sup. verb. Luc. 10. 20. gau-*  
*dete &c.* FLUDIUS *in Apol.*  
POSTELLUS *in diversis libris,*  
*de quibus videri ipse auctor*  
*potest. p. 267. l. c.*

*An Adam  
sciverit  
arare?*

(k) Nec Adamus, nec poste-  
ri eius ad Tubalcainum usque  
aratro usi sunt. Aes enim ac fer-  
rum hic primus tractare do-  
cuit, ipso MOSE teste *c. IV. Ge-  
nes. v. 22.* arare vero Latinis est  
*aere terram sciudere.* juxta ISI-  
DORUM *l. XVII. c. l. p. 1236.* Ara-  
tro tamen notanter addo. va-  
ria enim terram colendi gene-  
ra esse, PLINIUS ostendit *lib.*  
*18. c. 18. p. 128.* *In Aegypto coloni vi-*  
*ce Nilus fungitur; quo enim tem-*  
*pore ille, terra inundata, in pristi-*  
*num locum se colligit, Aegyptii se-*  
*rere soliti sunt, mox sues impellere*  
*vestigis semina deprimentes.* Post

tamen & Aegyptii aratro usi  
sunt, quem colendi modum a-  
pud diversos diversum etiam  
hodie inveniri Polydorus VER-  
GILIUS *lib. III. de Rer. Inv. c. l.*  
& ALMELOVEEN in ono-  
mastico, aliique docere possunt.

(l) Cum pleraque scriptis  
aperuerit antiquitas; primum,  
qui scripserit, non aperuisse  
mirum est. In mille enim hic  
autores divortia abeunt, & sco-  
pulos offendunt, qui cauti eti-  
am ac providi esse volunt. No-  
bis omnium sententias sub in-  
cudem hic revocare, animus  
non est. De supposititiis ta-  
men ac spuris *Adami, Sethi, Eno-*  
*si, Enochi, Noachi, Abrahami* alio-  
rumque scriptis dicendi infe-  
rius dabitur occasio. Litera-  
rum enim aeternitatem, cum  
ipsis veluti Diis natam PLA-  
TO *in Phaedr.* & TULLIUS *lib.*  
*I. LL. Tusc.* astruunt. a qua  
absurditate PLINIUM  
illi absolvunt, qui aeter-  
num

*De Inven-  
tione Li-  
terarum.*

*An aeter-  
nea sint?*

II. Igitur per tot seculorum aetates, tot temporum ac annorum spatia, quae ratione gesta respublica, & gubernatus orbis sit, notatum non est. Quae vero fama & auditione a patribus & senioribus aliis acceperant posterius, eadem & suis sermone filiis tradebant, hique rursus docebant ore alios;

num pro longissimo tempore assumunt, & c. 56. libri VII. cum lib. V. c. 12. conferunt. *Sinenses* scriptoriae artis inventorem *Fohy* suum faciunt, hominem, si *Mufis* placet, antediluvianum, aut diluvio proximum. *Job. WEBBER. in specim. historic. de Ling. Sin. antiquit.* Contra quos antiquissima *Aegyptiorum* mendacia pugnant artem *Mercurio* suo omnium, ut credebant, rerum inventori vindicantium. quos castigavit *CONRING. c. 7. de Herm. Graeci*, cum sibi omnia alias, & *Athenis* suis tribuant, modestiae hic tamen leges non violant; sed *Phoenicibus* honorem cedunt, & quod his literas debeant, ultro fatentur. teste *HERODOTO lib. V. Diod. SICUL. Lib. V. p. 333.* verum de ipso inventore nihilominus disputant. alii enim *Palamedem*, alii *Linum*, *Cecropem* alii, alii *Orpheum* & alii tandem *Prometheum* hic nominant, cer-

*Sinensium*  
*Litterarum*

*Aegyptiorum*

*Graecorum*

*Phoenicum*

to incertitudinis illorum argumento. Hos omnes falsitatis illi accusant, qui *Ebraeam* pro prima Lingva habent; quam & literis tribuunt *Ebraicis* antiquitatem. Ab *Adamo* enim usque elementa haec arcent *Svidas, Tzetzes, Opmerius, Boul-Ad Adaduccus, Postellus, Menochius, Vimum* qui *ves, Kircherus, Her. Hugo, Pan-referant.* *theus Venetus, Bibliander, Nouzenus, Alstedius, Salianus, Camerarius* & qui plerosque citat *BANGIUS in Cael. Orient. Exerc. I. de lit. natal.* Qui tamen ipsi de formis ac figuris literarum, utrum *Asyriorum*, illae an vero quadratae *Ebraeorum* fuerint, inter se digladiantur. de quibus copiose ac erudite *BUXTORF.* agit *Dissert. V. de Ebr. Lit. antiq.* Sed horum ego nominibus nequicquam moveor: cum ficulnae argumenta, nihil roboris, aut ponderis habentia, quovis ictu facile ruant. Ecce enim quae illa sint? unde petita? Primum alias

*Ebraeorum*

*Ad Adaduccus, Postellus, Menochius, Vimum*

*qui referant.*

*Argumenta eorum.*

alios: atque vulgi sic fama, & multitudinis testimonio fides nitebatur historiae. Mansit tamen rerum memoria primis temporibus; cum patres, in tanta plurimorum seculorum aetate, oculati plerorumque testes essent, & vivae instar bibliothecae, at vero post demum sensa difficultas est;

*Ab infirmitate memoriae.*

alias fortissimum esse, si Philosophorum regulae valent, debet: at illud ab infirmitate memoriae hominis post lapsum sumunt. hinc enim necessario sequi existimant Adamum memoriae etiam praesidiis, literarum notulas intelligunt, instructum fuisse. Prona sane consequentia est; quia ruinae quam proxima. Inepta res; quasi vero ubi morbus, ibi medicus, ubi lites, ibi iudex, & quod cuique commodum, idem & ei promptum esset. Sed ejusdem plane valoris alterum est, in mutuis hominum commerciis fitum. Exergeri enim haec sine scriptoria arte non potuisse praetendunt. Si ea commercia intelligunt, quibus hodie regna regnis, regiones regionibus suos thesauros mutuo communicant, falsi penitus sunt & simplicitati primorum hominum, qui unius regionis fructibus acquiescebant, contrarii. Si vero ad

*Amutuis hominum commerciis.*

mutuam hominum familiaritatem haec applicant, magis ineptiunt; cum etiam tot mille annis America sine literis hominibus tamen abundaverit, quas & hodie barbarorum magnus numerus ignorat. Crassi tandem cerebri foetus, & Thebano dignum ingenio tertium argumentum est; quod tamen maximum KLEPPERBEINIUS vocat *Diff. §. XXI.* egregio, quo iudicii acumine ipse polleat, testimonio. Ita enim confidenter scribit: *Si Jubal Musicam excoluit, utique rationem componendi melodias posteris docuit. & audacius: Veniant jam Musici. & exponant, id sine artis scriptoriae beneficio fieri non potuisse.* Nescit homo, quae Musica veterum fuerit. Sane Tubalcainum ut *mi fa so la*, aut priores sex in alphabeto literas cecinisse, quis tandem sapiens dicet. Nectabulis notulas ascripsit, aut baculo pausas ac quietem indicavit:

*A Musica.*

*Veterum quae fuerit*

est, ubi arctioribus non solum vita humana finibus terminabatur: sed etiam rerum indies ordo crescebat, & in immensum historia augebatur. cui molli unius tandem hominis non suffecit memoria. Tum ergo lacunis & defectibus laborare coepit historia. **Diffensiones etiam ac varietates inde**

vit: sed sub arboribus in cespite modulabatur, tibusque ac fistulas inflabat. non aliter, quam hodie pastores & agricolae lyram ac calamum scite tractant, moventque; & in castris tibicines svavitatem plerumque illos vincunt, qui artifices in urbibus audiunt. quae omnia tamen exercitio ac usui debent, literarum plerumque expertes. Verum quid opus est eruditioribus haec exponere? qui negant, cerebrum in *VITRUVIO, AUGUSTINO, BOETHIO, MACROBIO, CENSORINO, CASSIODORO, ZALMA, MERSENNO, Johan. BAPTISTA, SCALIGERO, VOSSIO, KIRCHERO, MAIBOMIO*que purgent, veteris Musicae auctoribus. Itaque cum nihil plane supersit, quod opponi nobis ab istis possit hominibus: nil etiam causae superesse existimo, quare illis temere credamus. Tacet Moses de his; sed dum tacet, pro nobis

*Contrarium patet.*

& nostra loquitur sententia. Quam frequentissimam enim librorum, epistolarumque a Regibus, Prophetis, ac Sacerdotibus scriptarum mentionem in sacro codice fieri, quis nescit. Nunc quam ob causam nullum ante se scriptorem Moses citet, si Adami, Sethi, Enochi, Noachi, Abrahami aut alius Patriarchae codices habuit, hi mihi respondeant velim, qui contrarie sentiunt. Num sancta haec nomina temere eum tacuisse dicamus? aut res utilitate forte caruit? in tanta Mosis primorum seculorum brevitate. Et cur deinque in bellis, praeliis ac certaminibus pactisque publicis & privatis literas non laudavit, ut sacri historiarum scriptores alii fecerunt post? Alio enim flamine non scripsit, quam librorum de Regibus, & Chronicorum scripsere autores. idem sane utrisque scopus, eadem materia scribendi fuit, quae

*Quia Moses silet.*

*De Libris Proph.*

*De Literis paciscen-tium.*

*Quia post Moses SS. citat.*

ortae sunt: quod narrationes suo non omnes judicio assequerentur; plures memoria illas magnam partem amitterent, aliis negotiis districti; alii contra in locum earum figmenta substituerent, & bona malis, vera falsis miscerent, atque omnem ita perderent veritatem. Quare fieri aliter non potuit quam

in historiis versabatur: eandem itaque & muneris rationem in scribendo tenuisse, quis in dubium vocabit? Hanc igitur ob causam hos Prophetarum ac Patriarcharum libros nec extitisse unquam, multo minus vero Mosi visos esse, penitus existimo; non nescius, quam res infima alias sit, a silentio autorum petere argumenta. Accedit quod ne ferri quidem usum sciverit Adamus. quo tamen an carere etiam homines in societate potuerint, non levis inter Physicos quaestio est. Cum igitur illa nesciverit quae summe necessaria, erant, qui eum literas tandem scivisse dicamus; quas hodie gentes nullo cum societatis dispendio ignorant. Imo si antea gentium quidem dispersionem scribere sciverunt homines: quo infortunio tandem insignem hanc artem, & ut ad versarii ajunt, summe necessari-

*Quia magis necessaria nescivero.*

*Quia alii demum invenerunt.*

*am* amisse eos dicamus? Sero enim literas Graecos accepisse, supra diximus; & multis seculis serius Romanos didicisse, longoque tempore post Germanos ac Europaeos reliquos, ex veteri historia constat. de hieroglyphicis aut a Hieroglyphicis quae memoriam adjuvant, non loquor: haec enim a cuiusvis privato arbitrio pendent. Ipse profecto cauponem, literarum penitus expertem vidi; qui, ne debitorum nomina amitteret, singulis personis singulos characteres tribuit, rotario rotam, plaustrario plaustrum, sartori forficem, aliis alia. Res ita apud eum in consuetudinem abierat; ut ne semel quidem fefellisset signa, ipse testaretur. Sed haec ludicra sunt: nostra eo tantum pertinent, ut causas rationesque intelligamus, neglectae per tot secula historiae, & fabularum, quibus origines ejus, cum

*Cum literis latuit historia.*



quam ut res alii sic, alii secius, nec iidem temper uno modo narrarent; donec dubiae penitus fidei omnes factae narrationes peritioribus sunt; ipsisque fabulis causam dederunt. Has vero eo securius ac confidentius posteritas finxit; cum certiora deesse videret, quae convincere falsitatis, & in ruborem eos dare possent. Et, quo species tandem major figmentis, esset, scripta supponebant, adulterinis patrum antiquissimorum nominibus vesti-

cum certiora deficient, obscurantur. de quo LUCRETIUS lib. V. vers. ult. apposite canit: *Carminibus cum res gestas coepere poetae Tradere; nec multo prius sunt elementa reperta, Propterea quid sit prius actum respicere aetas Nostra nequit, nisi qua ratio vestigia monstrat.*

De Scri-  
ptis Ada-  
mi.

(m) Non unius generis fabellae hae sunt. alii enim literas ultimo rerum conditarum die Deum scripsisse; alii nigro colore in candido igne pictas Adamo leges eum dedisse cominiscuntur, duobus annorum millibus ante mundi incunabula literis relatas. Illius rei autores MUNSTERUS in *Genes.* tangit: de his vero agit GALATINUS de *Arcan. cath. veritat.* l. 7. c. 1. & CHEMNITIUS *Exam. Concil. Trident. Co-*

dicem alii *Rhazielem* angelum, quem praeceptorem primi parentis & patriarcharum faciunt, ante Adamo tradidisse, quam scelus admitteret, festive fabulantur. Quo vero admisso, eripuisse Rhazielem peccatore indignum librum atque in caelum reportasse, precibus tamen ad luctum compositis victum motumque ab Adamo esse, ut codicem ei denuo reddiderit. Variant in circumstantiis nonnihil alii. sapientiae tamen ac mysteriorum plenissimum librum fuisse, qui Adamo omnia rerum ac scientiarum secreta aperuerit, dominia in angelos ac daemones dederit, & alterum veluti deum effecerit, omnes conveniunt. Nec cum Adamo interiit, ut putant, liber; verum *Setho* tra-

ta. qva tamen sub larva recentiorum hominum foetidi errores, mira somnia ac aniles tandem fabellae latebant. Harum nihil ominis rerū fraudes detegere & larvam subtrahere, pietas & religio prohibere, apud imperitum theologastrorum vulgus videbatur. Mansit igitur post tot secula de Adami (n) Sethi (o) Enoxi (p) Cainani (q) Eno-

traditus ad *Enochum, Noachum Semum, Abrahamum, Patriarchas item & Prophetas* pervenit, ad Regem *Salomonem* usque, qui huic sapientiam debuerit omnem. Quo etiam illi pertinent, qui ipsi Adamo *librum de omnibus virtutibus* scriptum tribuunt, lapidibus insculptum. Et *Muhamedani*, qui decem volumina ad Adamum referunt. rei alii famosissimas istas columnas addunt, quibus creationem, lapsum & promissionem inscripserit, ut facit *Jacobus BOULDUS de Eccles. ante Mos. lib. I. c. 1.* & ipse *CARIO p. 17. Chron.* Eodem errore imago Adami in Vaticana Biblioth. ostenditur, cui supra caput literae Ebraeae sunt. refer. *BUXTORFIO diff. IV. confer. KIRCHERUS Obel. Pamph. l. 1. c. 1. LIBAVIUS contra Magiam Paracels. Sect. VI. p. 25.* & qui hos citat, *Georg. MICHAEL-*

LIS in not. ad *Gaffarellum p. HOORNBECK in Syllog. Controv. lib. p. 109. vid. SALDENUM 489. in Otis Theol. Exer. 1. S. 2. p. 4.*

(o) Famosa res de Sethi columnis est. agit de illis *JOSEPHUS lib. I. Antiq. c. 3.* Cum enim artes ac scientiae Sethi temporibus invenirentur; omnium tamen rerum Adamus interitum divinaret: ne perirent eadem artes clade, duabus eas columnis inscripsisse, altera ex lateribus, ne igne conficeretur; altera vero ex aere aut lapide factis, ne aqua eam deleteret. hanc Josephi temporibus in Syria extitisse, ipse *l. 6. scribit.* cum quo *EUSTATHIUS in Hex.* consentit aliique. Et ad has columnas *JOBUM* respexisse quidam existimant, qui *c. XIX. vers. 24.* ut aeri aut lapidi calamitatum historia incideretur, optavit. de quo vid. *PINEDA in h. l.* Ve-

De Sethi columnis.

rum

chi(r) Noachi, Chami & suppositiis scriptis aliis (s) non levis etiam inter eruditos suspicio.

rum fabulosa peritioribus jam dudum visa haec sunt, ob summam scriptorum inter se dissimilitudinem. Nam primum de autore columnarum litigant. quem alii Adamum, alii Kainanum, alii Sethum, ejus alii nepotes, alii Noachum, aut Chamum faciunt. Neque in materia consentiunt, & sive ex lapide sive ex aere ea fuerit, minus sibi constant; atque in ipsius etiam lapidis genere determinando, dum curiosi sunt, multum variant. Figuram itidem non eandem eis tribuunt, mox enim columnas, tabulas mox, iterum pyramides appellant. Imo & de illis altercantur, quae caput causae concernunt. SABELLICUS enim de consumatione seculi egisse eas scribit; sed artes liberales omnes, & vaticinia de Messia continuisse colligit GENEBRARDUS; JOSEPHUS astrorum ac siderum in eis quaerit notitiam; sed SCHOLASTICORUM alii Musicam illis in scriptam esse docent. Neque literarum expedita lis est, sive Hieroglyphica, sive Ebraea quadrata, sive tandem Assyria

fuerint clementa. Quare nunc recte STRAUCHIUS cum Job. Hen. Ursino concludit dissertatione de his columnis habita: omnia figmenta esse & otiosorum hominum temerarias opiniones.

(p) Hunc de vero Dei cultu, & modo orandi Deum, disciplina item librum scripsisse ex GENES. IV. c. v. 26. sine judicio colligunt, inter quos est GENEBRARDUS lib. I. Chronograph. p. 10. alii idololatriae auctorem faciunt, de quibus SELDENUS de DIS Syr. c. III. Proleg. p. 28. Quod etiam MAIMONIDES vult R. Simon Manasse ben Israel teste p. 26. in Genes. apud VOSSIUM lib. I. c. 1. p. 1. Theol. Gent. confer. quae idem in Maimonidae librum observat, de Idololatria scriptum c. 1. p. 3.

(q) De Cainano multa impudenter fingunt Judaei. hunc enim scribam magnum appellant, & in angelum transformatum, caelitem quasi secretarium fuisse blaterant. Eundem etiam diluvium praedixisse, & Prophetiam in tabulas lapideas retulisse, (columnas Sethi sub eis intelligunt nonnulli) literis Ebr. scri-

C

Quibus, ceu firmo fundamento suam superstruxerunt operam alii. Nobis vero omnia fabulosa haec sunt, id quod in margine liberius profiteamur.

### III. Unus

scriptas nugantur. Sepulchri deinde ejus in India repertorem Alexandrum M. faciunt. in cujus rei fidem epistolam Regis citant, Aristoteli scriptam. quae in *Historia Salmanticensi Ebraic. lib. II. c. 11.* extat. de quibus **DRUSIUS & SCHIKARDUS** in eruditis ad *Sulpitii lib. I. notis p. 11.* testantur.

De Enochi libris.

(r) **JUDAE** Apostoli hic testimonium urgent; qui **ENOCHI** v. XIV. citat: Προεφήτευσεν δὲ καὶ τοῖς ἑβδόμοις ἀπὸ Ἀδάμ Ἐνώχ, λέγων. quod cum omne exceptione majus esse crederent **Tertullianus, Irenaeus, Cyprianus, Clem. Alexandrinus, Justinus, Athanagor9, Lactantius & Patres pleriq;** omnes, scripti frequentem in suis libris mentionem fecerunt. Omnium tamen frequentissime id **AUGUSTINUS** citavit, pariter, quid de re ipsa sentiat, *lib. XV. de Civ. Dei c. 23.* exponens; Scripsisse nonnulla divina **Henochum septimum ab Adamo negare non possumus, cum hoc in Epistola Judas Apostolus dicat.** At vero recte **SALMAS.** not. ad *lib. I, Sul-*

*pit. p. 11.* dicit: *Judas nullius libri ab Enocho scripti, sed tantum Prophetiae meminuit.* quae in sermone Judaeorum esse potuit, ut alia dicta Patriarcharum. Imo, si etiam scriptum **ENOCHI** codicem citasset contra Judaeos **APOSTOLUS**; argumentum καὶ ἀνθρωπων fuisset, illis oppositum, qui scriptum hoc pro genuino habuerunt. Hominem enim recentem id compilasse ex helenismis, qui in eo passim occurrunt, **HOTTINGERUS** dissert. de *lib. Henochi* ostendit, suffragante **HEIDEGGERO** *Histor. Patriarch. Exerc. 20. p. 1.* Cui cum tempore quisque alia commenta addidit **GROTIO** *judice p. 20. in not. ad b. l.* Hinc plurimarum fabularum fontem ac scaturiginem esse, **RIVETUS** probat *Exercit. in cap. XLIX. Gen. p. 251.* Nec aliter **CUNAEUS** sentit, *lib. 3. c. 1. de Rep. Jud.* *Quidam nugatores in glorio studio, & jejuna opera librum olim in vulgus extruserant, quem ipsi, si Deo placeat, ab Enocho scriptum esse ajebant.* Fidenter tamen argumenta libri **CAMERARIUS** *hor. succis. Tom. III.*

III. Unus Moses superest, qui prima rerum conditarum initia bona ac simplici fide perscripsit. cuius oraculi divinitatem & gravitas argumenti & rerum pondera loquuntur. (t) Is ve-

RO

c. 72. p. 864. recenset. Constat partim ex sacris literis, partim ex veterum scriptis Enochum Prophetam primum fuisse, qui sua vaticinia scripta in libros congesserit. Ea fuerunt de fatiis nepotum Patriarcharum, 2. de futuris Ebraeorum sceleribus & poenis, 3. de eorum captivitate. 4. de Messia ab Ebraeis occidendo. 5. de dispersione eorum, 6. de iudicio Christi extremo. 7. de geminis terrae cladibus. Rei etiam alii assentiuntur. PANTHEUS Venetus enim libro peculiare alphabetum tribuit, quod defendit DURETUS de Lingv. Univers. cuius typum etiam BANGIUS exhibet Coel. Orient. Exercit. II. p. 104. vid. WASMUTH. Vindic. Part. I. Sect. II. tb. I. p. 80. Audaciores illi sunt, qui libri hujus lineas numerant, & 4082. fuisse praecise determinant. SIXTO Senens. teste Tom. I. Bibl. lib. 2. Imo putant, alii, Noacho volumen per manus veluti traditum in arca servatum in eluvione fuisse, referente SALDENO Exc. I. S. 2. &

hodienu in Aethiopia servari atque ad canonem S. S. pertinere DURETUS l. c. vult. DRUSIUS vero credit, eum adhuc inter Judaeos delitelcere. Tr. de Enoch. l. c. Ceterum GROTII non inficiamur, quando in Epist. Jud. p. 119. scribit; librum sub titulo, ἀποκάλυψις Ἐνώχ Celso visum esse. cuius particula apud ORIGENEM legatur lib. V. contr. Cels. ex quo etiam IRENAEUS sumpserit lib. IV. 30. Imo Georg. SYNCELLUM eo nomine Graeco idiomate scriptum codicem habuisse, SCALIGER testis est, cuius ipse partem exhibet in eruditissimis ad Eusebium notis. Sed hunc ipsius Henochi esse, quis prudens credet. Sane ne adversarios quidem id dicere, SALMASIUS in not. ad lib. I. Sulp. Sev. p. 11. docet. qui ipsi longe aliud desiderant dignius scriptum Viro Propheta. conferantur UR-SINUS lib. I. Paralip. mel. 7. & DORSCHHEUS Auct. Pendadec. disp. I. p. 561. VVALTHER. Offic. Bibl. p. 1176. NIEREMBERG. tr. de Orig. Script.

C 2

ro cum summa tantum rerum capita tractet, & in primis mille annis concisus admodum ac brevis sit: homines, qui hariolari uberiora in eo voluerunt; innumeris litibus, conjecturis suis ac divinationi-

*Script. S. BOULDUC. lib. I. de Eccl. ante Mos. c. 74. & DRUSIUS pecul. tract. de Enocho. Ceterum causam figmenti hujus ex HUETII prop. IV. Demonstrat. Evang. § VIII. p. 166. transcribimus; Henoch liber apogryphus idcirco affictus est, quod Enochum crediderint veteres ab Angelis eruditum, JOSEPH. Antiq. c. I. c. 9. & ELLSEB. Praep. lib. X. c. 16. 17. 18. testibus. confer. BOCHARDUS lib. II. c. XIII. p. 101. in Phaleg, de Annaci. s. Enochi artibus.*

*Scripta patri- arch.*

(s) Obscurioris nominis figmenta reliqua sunt, quae minus negotii facessunt. Quis enim non fabulas esse dixerit, quando Muhamedani ante Mosen X. libros Abrahamo, XXX. Henocho, L. Setho, & X. tandem Adamo tribuunt. quo de HORNBEK. videatur lib. III. Syll. Controv. p. 109. Noachum etiam omnia volumina, de quibus diximus haecenus, collegisse, & in arca reposita facta tecta que servasse, quosdam credere, suo loco monuimus. Chamum ve-

ro, ne quidem mali libri perderentur, Magicas artes a Cainitis acceptas, & tabulis 1260. pellibus bovillis alii dicunt, inscriptas, in scio patre, in eadem arca custodivisse somniant. de quibus KIRCHERUS vid. in Obelisco Pamphylii lib. I. c. 2. p. 8. Idem alii Zoroastro tribuunt, quem tamen alii in recentiorum aetatem rejiciunt, vid. URSINUS de Zoroastr. BOCHARDUS lib. 4. c. 1. Georg. Sac. HUETIUS Demonstr. Ev. Tom. I. Prop. IV. p. 128. seqq. qui eundem cum Mose esse probat. Tandem de XII. Patriarcharum testamento multa fingunt. cujus rei scriptores MICHAEL in Gaffar. citat p. 490.

(t) Mosen divinissimum patrem, & antiquissimum scriptorem esse, a quo ceu fonte ac scaturigine rerum initia reliqui desumpserint omnes, luculentissimis plane testimoniis alii demonstratum dedere. GROTIUM hic inter plures laudasse sufficit, egregium hujus rei inde

nibus causam dederunt, gravi cum verioris historiae damno. Qvis enim in praeadamitarum vestigia apud Mosē vel in somnio quaereret? cum primi parentis historia perspicua ac sufficiens sit: quod hujus tamen erroris autor fecit Peyrerius (u) Qvis alium mundum ante, alium post in-

un-

de Verit. Rel. Christ. I. libro vindicem. Quem tamen HUETIUS superat Prop. IV. Dem. Evang. ubi idem argumentū omnium copiosissime prosequitur. Is vero utrum eo, quo habemus, ordine scripserit, an schedas, ejus alius ita digesserit post eum, perinde est, cum divina libro maneat autoritas. Quae Atheus SPINOZA in de libertate Philosoph. scripto libro hic urget, SALDENUS excerpfit ac refutavit Exercit. II. de autor. Pentateuchi.

De Prae. adamitis. (u) Alios ante Adamum homines PEYRERIUS credidit, homo Gallus nec futili ingenio praeditus. Scrupuli, qui eum per viginti & plures annos exercuerint, hi potissimum sunt, ipso p. 16. teste. Quod Cainus sibi ab aliis metuerit, uxorem in remota terra duxerit, aedificaverit urbem aliaque fecerit, eo, Mose teste, tempore, quo vix aliquot Adam liberos pro-

create, in tanta annorum paucitate potuerit. Quam suspicionem & illud augebat, quod cetera animantia plura uno Dei verbo unā producta, in diversis locis, esse, in Genesi legeret. Quare nihil obstare ei videbatur, cur idem non de homine etiam diceret. Accessit quod haec ad expediendas de Gentis Americanae originibus lites facere viderentur. Cum enim quo fato hi homines ultra Oceanum rejecti essent, quivis miraretur, & diversi diversas tandem vias eis aperirent: Peyrerius ibi conditos creationis tempore esse, ut animantia alia, dixit. Sed gliscebant flamma tunc & latuisset forte dogma, privatim cum familiaribus MSC. communicatum, qui omnes auctori, quin ederet, ferio dissuaserunt. Grotius vero cum probare suam de Americanorum natalibus sententiam vellet, hoc dilemmate ute-

C 3

ba-

undationem ab eodem describi vel suspicione attingeret? sed certum se hujus rei ex Mose esse Goncalez credit, homo Hispanus. (x) Ex mille haec duo sufficient opinionum portenta. No-

batur: nisi suffragari sibi omnes velint consequens fore, ut aliquos ante Adamum homines conditos fuisse diceret, ut nuper quis in Gallia somniavit. Excepit hoc Isaacus PEYRERIUS & librum, jam pluribus argumentis in speciem additis 1655. edidit, tacito quidem nomine, sed titulo Praeadamitae, eodem tempore systema Theologicum ex Praeadamitarum hypothese addidit. Stupuit ad haec orbis: cumque error ubique locorum se passim extenderet: non silendum erat eruditis, qui altero statim anno nomine auctoris detecto errorem quam acerrime castigarunt. Editi sunt DANHAUERI Praeadamita Ulis. Arg. 1656. Job, HILBERTI Disq. de Praeadamit. Helmst. 1656. Joh. MICRAELII Monstruosa Praeadam, opinio Stetini 1656. Hen. URSINI. Praead. Spirae 1656. Philippe le PRIEUR Epist. ad Peyrer. de Praead. Paris. 1656. MARESII Fabula Praead, alios apud SALDENUM vide Exercit. V, de Praead. Sed auctor

Praeadam. cum in Flandria viveret, jussu Reg. Hisp. 1656. captus, & in custodiam datus librum de Praead. egeravit, & meliorem sententiam amplexus fuit. Alii juniorem VOSSIIUM hominem paradoxum opinionis autorem fuisse existimant,

(x) Joseph. Anton. GONCALIZ de salas Eq. Calatrab. cruc. ci vivend. purp. Lugd. 1650. dissertatio de duplici Viventium terra prodiit paradoxa. Probare in ea autor vult, hanc, quam nunc inhabitamus terram ante diluvium mare, & qui nunc oceanus nobis est, parentibus nostris terram & habitaculum fuisse. Argumenta ejus sunt: Quia ut diabolus peccator e caelo ejetus, ita & homo ob idem scelus e pristina sede in aliam detrusus sit. Sic posteris deinde quin terram corrumperet DEUM promississe putant, nec alia de causa Noachi nomen, requiem in nova terra exponere Rabb. Addunt quia oderatus Deus

NOVUM



cet sane uterque sua haeresi historiae, ille enim gentis Americanae aliarumque origines ultra Adamum extendit: hic veteris Geographiae terminos confundit lumem ac columnen historiae.

IV. Omnium vero creberrime in proximis a diluvio temporibus fabulantur. Orbem enim dum tribus Noachum filiis distribuisse e libri primi Mosis decimo capite colligunt: (y) suae

etiam  
vum odorem sit, ergo non pristinae terrae odorem. deinde etiam Petrus novae terrae mentionem faciat, & Josephus expressius dicat; Deum primum mundum in pelagum mutasse, cum quo & poetae Ovidius aliique faciant. & Chrysostomus etiam ejusmodi formulas adhibeat, sententiae huic faventes. Frustra igitur quatuor paradisi flumina, ipsumque paradisum ab autoribus quaeri, oceano post inundationem tectum existimant. Sed recitasse haec, refutasse est.

*Incertae  
Europae-  
or. a Ja-  
pheto  
origines.*

(y) Ea in divisione cum Europam Japheto contigisse pro explorato habeant: omnes Europaei hunc suum aut patrem, aut avum faciunt, tantaque confidentia nominibus istis, quae Japheti filis Moses tribuit, omne superstruunt

etiam  
suum; ac si gentium stirpes & genealogias per manus quasi traditas a Japheti posteris accepissent. Tot igitur tamque diversae expositiones hae sunt, cum suo quilibet sensu abundet, & novam induat figmentis speciem. Quam enim hic sibi antiquitatem *Germani, Galli, Hispani, Sveci*, aliique vindicent, quamque digladiantur iidem inter se, cum omnes in istis voculis sapere velint, testes esse possunt apud istos *REINECCIUS, in Histor. REUSNERUS diff. IV. filiis Noach. CLUVERUS Germ. antiq. SCHOTTELIUS & MORHOFIUS de Lingu. Germ. innumri item Taciti interpretes de Mor. Germ. Apud illos BODINUS maxime, Cluvero castigatus. Apud Hispanos vero veteres autores omnes & VITERBIENSIS in primis de Reg. Hispaniae. apud Sve-*

etiam eo gentis quavis originem refert. In quorum tamen nominum interpretatione parcus ac circumspiciendus faciendum est. cum prudentiores etiam in istis ineptire videamus.

V. Sed historicos quae tandem dementia egerit, ut fingerent haec talia, & ficta scientes sequerentur alii; explicandum nunc est. Primum ego hominum hic superbiam accuso. Quo enim antiquiores eo & reliquis honoratiores cum gentes mortalibus viderentur; omnes vetustatis speciem induere voluerunt. Hinc terrae se filios dixerunt Germani, (2) Aborigines Itali (a) Graeci

Svecos *MAGNIUS, WORMIUS, RUDBEKIUS*, tres Olai isti, quorum hic in Atlanticis fingendi utique ceteris praeripuit ubertatem. conferantur & alii *SCHRIECKIUS, & STIRNHELM* in *AntiCluv.* *LAZIUS, VERSTEGAN, WALDENFELS & MARSHAMUS* de migrationibus & originibus gentium. Sed omnium tandem audacissimus *VITERBIENSIS* in *Pseudo-Beroso* est. qui omnem fingendi modum superat, & ex his nominibus suum cuique populo conditorem tribuit, non aliter ac si ex orco venisset, ut lacunas restitueret historiae.

Fabulosa

(2) *TACITUS* de *Mor. Germ. c. 1.*

ita de illis ait: *celebrant Trivisco- originem deum terra editum, & filium Germanum originem gentis, conditorum.*

(a) De Aboriginibus aliam *Latino-SICULI*, aliam *HALICARNASSEI* rum & opinionem esse, non nescio, Romano- istum tamen hic sequor, cum rum. & Latinorum & Romanorum in originibus a Diis Marte & Venere petitis ambitio factis alibi constat. *LIVIO* ipso non abnuente in *in Praeem.* & *Verrio FLACCO* apud *Anonymum* de origine Rom. a Jano & Saturno. qui extat. *Tom. I. Hist. Aug. p. 595.*

(b) *PLATO* in *Menex.* paulo post *Graecorum.* initium, ait; *Atheniensium* tellus primum hominem produxit. non ali.

αὐτοῦχθονας; (b) Aegyptii vero cum ipsis se Diis genitos esse affirmarunt. (c) & ante Jovem se procreatos putarunt Arcades. (d) Sed omnium tandem sibi aetatem superare Phryges visi sunt. (e)

VI. Alteram causam in scriptorum ignorantia, positam fuisse existimo. Hi enim ne nescire haec talia illis viderentur, penes quos in magna eruditionis erant opinione: figmentis, obscuris ac vetustis imperitam multitudinem decipiebant, ut hoc tandem sub velamine delitescerent. (f)

VII. Sed

aliter ARISTIDES in Panath.

πρῶτη γὰρ, Φησὶν, ἠνευκεν ἀνδρῶ-  
πων ἢ πρῶτη πατρὶς ἐστὶν ἀνδρῶ-  
των. idem JUSTINUS lib. II. A-  
thenienses non advenae, sed in  
eodem nati solo, quod incolunt.

Aegyptio-  
rum.

(c) SICUL. lib. I. Bibl. sect. II.  
in Aegypto non primos homi-  
nes solum; sed etiam Deos  
ibi primum natos esse asserit.  
cum quo & MELA facit lib. I. c. 9.

Arcadum

(d) OVIDIUS lib. II. Fastor.  
Ante Jovem genitum terras  
habuisse feruntur Arcades, &  
Iuna gens prior illa fuit. Idem  
& APOLLONIUS Gr. in Argon.  
IV. & SENECA Hyppol. STATI-  
US Theb. lib. IV.

Phrygum.

(e) HERODOTUS lib. II. de  
his agit. Hinc CLAUDIANUS  
canit. lib. II. in Eutrop. Dat cuncta

vetustas Phrygibus; nec Rex Aegy-  
ptius ultra restitit.

(f) Plures ejusmodi errores Fabularū  
praesertim in Germania no- causa II.  
stra Romani pariter ac Graeci Ignoran-  
committunt scriptores. Unus tia scri-  
exemplo esse STRABO poterit; ptorum  
hic enim Danubii ortum non est.  
procul ab Adriatico quaerit.  
sed HERODOTUS, eundem  
fluvium in extremis Celtarum  
finibus oriri existimat. Alii  
Alanos cum Alemanis, Vanda-  
los cum Venedis, Dacos cum  
Danis, Getos cum Gothis,  
Wallos cum Gallis, Hunnos  
cum Hungris confundunt. ne  
harum scilicet gentium nescire  
originem videantur.

(g) Ita LIVIUS in prooem. as- III. Causa  
serit: Datur haec venia antiqvitati  
tenuia Re-  
ti gnorum  
initia.

D

VII. Sed tertia ratio omnium certissima est. Cum enim tenues omnium gentium origines & imperiorum initia sint; nonnunquam & ipsi peioris notae conditores; puduisse eorum posteros existimo, iisque sive heroes sive deos propterea suffecisse. (g)

VIII. Fuerunt in eo Poetae imprimis liberales; qui tamen scriptorum antiquissimi sunt, si Mosen excipias. Horum igitur figmenta in veras rerum narrationes passim irreperunt, quae distingvere alii post a genuinis rerum monumentis nesciverunt. (h)

IX. Alii tandem qui gentium origines & Linguae vestigiis, corporis habitu ac moribus re-

sti-

*si ut miscendo humana divinis primordia urbis augustiora faciat. Qvis enim Hercules, qvis Hector, Theseus Cyrus, Darius, Alexander, & Caesar? si verum fateri licet, magni ac furiosi latrones, regnorumque invasores ac praedones injustissimi essent, nisi scelera eorum a scriptoribus speciosis virtutum coloribus tegerentur, ad Deos eorum plerumque origine re-*

III. Qvis lata.

Poetae

primi Hi-

storici.

(h) Qvis HOMERI antiquitatem in dubium vocaverit?

hunc tamen fabulosum Rerum Graecarum scriptorem esse, constat. de Romanis idem LIVIUS asserit: Quae ante conditam condendamque urbem poericis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur. vid. Ant. VIPERANUS c. I. de scrib. Hist. p. 843. sed de Germanis TACITUS ait; quod Bardorum carmina unum annalium illis tunc fuerit genus & Druydarum Gallis. de quibus BOXHORNIUS multa in Orig. Gall. confer. AGRIPPA de Van. Scient. c. V.

(i) TA-

fituere voluerunt: in alios scopulos offenderunt.  
 (i) Ritui enim in hunc usque diem eruditus Bec-  
 ceselana Aegyptiorum sunt, (l) & Ivavia Goropii  
 Becani somnia. (m) Nuperrimus etiam apud  
 Svecos Etymologista meritas eruditorum centuras  
 expertus est. (n)

X. Has

IV. Dubia (i) *TACITUS* ex his Britan-  
 Gentium nos Gallosque ejusdem origi-  
 Origines nis esse convicturus, ait: *Britan-*  
 investi- *niam, qui mortales initio incoluerint,*  
 gandi me- *parum compertum. Habitus cor-*  
 dia. *porum varii: atque ex eo argumenta.*  
*Namque rutilae comae, magni artus,*  
*Germanicam originem adseverant.*  
 & quae sequuntur. addit: *In u-*  
*niversum tamen aestimanti, Gallos*  
*vicinum solum occupasse, credibile*  
*est. cum SERMO HAUD MUL-*  
*TUM DIVERSUS. Eadem ori-*  
*gines gentium judicandi media*  
*Job. BODINUS probavit cap. IX.*  
*meth. hist. p. 347. qui vero, quam*  
*saepissime erratum iis sit, pari-*  
*ter docet. Eadem & consilia*  
*BOXHORN. dedit c. I. de orig. Gall.*  
 Beccesela- (l) Plamnitichus Aegyptio-  
 na Aegypt. rum Rex, ut, quae prima tan-  
 dem hominum Lingua & anti-  
 quissimus juxta populus esset,  
 intelligeret; duos pastori pue-  
 ros dedit, hac lege educandos,  
 ne quis coram iis loqueretur.  
 Hi ergo biennio elapso, cum

Becf proclamassent, iteratis su-  
 binde vicibus, quo nomine  
 Phryges panem notant, colle-  
 gisse Regem Phrygibus anti-  
 quissimam prae omnibus gen-  
 tibus aetatem deberi, scribunt  
*HERODOT. lib. II. & omnium*  
*prolixissime APOLLONII Scholi-*  
*astes lib. IV. cujus verba BAR-*  
*THIUS refert lib. I. in Eutropium*  
*Claud. p. 1358. ut & SCHOLIASTES*  
*Aristophanis in Nubib.*

(m) Quam vero res absur- *Becani*  
 da etiam Becceselana haec sit, *figmenta.*  
 eam nihilominus Goropius *BE-*  
*CANIUS* assumit, qui Becf non  
 tam phrygibus, quam suis pa-  
 nem notare existimat. unde  
 Germanis *Becfer* is sit, qui pa-  
 nem praeparet. Et mille e-  
 jusmodi somnia alia apud  
 eundem leges in *Originibus Ant-*  
*werpianis 1569. ibidem editis.*  
 Ex quibus suae se gentis veras  
 origines petere pro aris tamen  
 & focis defendit.

X. Hastamen fabulosas gentium origines data illi opera retinuerunt, quos vel erroris vetustas movit; (o) vel gentis suae dignitas tenuit; (p) vel lacunae deterruerunt, quibus historiarum initia deformarent (q) Plurimi vero in Regum ac Principum favorem tantae tamque fabulosae antiquitatis vindices hodiernum sunt. (r) Nonnulli & status rationem id requirere asserunt. (t)

### XI. Quam

*Rudbekii* (n) De Olai RUDBEKII Atlanticis plura autorum iudicia sunt, sed admodum diversa. Quicquid hujus rei sit; Certum tamen est, hominem in Etymologis quam longissime errare & plurimum cum iis desipere, qui gentium origines in Lingvis quaerunt. Librum ipsum non legi, sed bona fide eum TENZELIUS excerpfit in *Februario, Martio, Majo, & Julio colloq. mensr. Anni 1690. p. 172, 209. 287. 417. 635. seqq.*

*Erroris vetustas.* (o) Hispanos huc refero; qui, quamvis meras de Regibus Tubale, Hispalo, Ibero, Spano aliisque fabulas recitari, ipsi videant; ab aliquot seculis tamen cum credita sint, refellere non audent.

(p) Ita se quidem prudentiores excusant. LIVIUS Iane & inter recentiores MARIANA ac VERGILIUS originum se fabulas ideo retinere expresse scribunt, ne cum vetustate dignitatis aliquid genti suae detrudere videantur.

(q) Satius equidem esset, nullas rerum origines, quam fabulosas habere, haec tamen, cum semel multitudinè innotuerint, etiam illi retinent, qui altius sapiunt. ne minus scire, quam alii videantur, neve defectibus laboret historia.

(r) Ne quid falsi scribere audeat, historici est. Quot tamen in gentium originibus evolvendis contra hanc regulam delinquant, BODINUS ostendit c. IX. p. 347. *Metb. Hist.*

*Patriae amor.*

*Meliorum defectus.*

*Principum adu-  
latores.*

XI. Quam tandem secula barbara scripto-  
ribus cladem attulerint, quot perdidderint eorum,  
explicandum nunc esset; (u) Annii Viterbiensis  
etiam, aliorumque, qui somnia & figmenta pro  
genuinis rerum monumentis vendiderunt, exe-  
crare malitiam deberemus; quae rerum ordinē mi-  
rificē turbarunt: (x) sed plenius scribendi de his alia  
se offeret occasio, haec nunc dixisse sufficiat.

Hist. Recte igitur *AGRIPPA* c.  
*V. de Vanit. Sc.* ait: *Est corruptis-  
simum adulatorum genus, qui cum  
principum suorum originem ad an-  
tiquissimos quosque Reges extende-  
re conentur; ad externas origines  
fabulasque recurrunt, & Regum &  
locorum nomina confingunt. Hujus  
furfuris est Vitikindus, qui Saxones  
Macedonum sobolem & Alexandri  
M. reliquias esse ait.*

Ratio Sta-  
tus.

(t) Cum enim de Praeten-  
sionibus in Regna, ac dignita-  
tes controversiae oriuntur, e-  
gentis ac Regiae stirpis anti-  
quitate argumentari solent.  
Exemplo nunc inter Hispaniae  
Galliae ac Angliae Reges de  
praecedentia controversiae esse  
possunt. qui omnes prae-  
sidia etiam in Regni vetu-  
state sumunt. vid. ex Hispanis  
*BORELLUS* & *VALDESIUS* de

Praecedent. Reg. Cathol. ex  
Gallis *Theod. GODOFREDI* de  
Praeced. Reg. Franc. *BODINUS* c.  
IX. de Republ. Anglorum vero  
partes *WINGENFELD*, & *HO-  
WELLUS* defendunt lib. de  
Praelat. Reg. Angl.

(u) *Catalogum* librorum de-  
perditorum *Novellar. Gothan. perdit.*  
autor in hujus anni Januar.  
mense desiderat. Sed hanc cla-  
dem qui aestimare nescit *A-  
THENAEI* & *PLUTARCHI* sal-  
tem indices adeat, de perditorū  
scriptorum, quos illi citant. Ir-  
reparabile sane damnum omnes  
dolent. Vide interim *BODINUM*  
c. III. in *Method. Hist. Fr.* *BALDI-  
IN.* lib. I. de *Hist.* p. 653. seq. *RIC-  
COBON.* de *Histor.* p. 79. sqq.

(x) Monstrum hoc hominis  
fuit, veritatis juratus hostis, &  
omnium scriptorum menda-

*Annii  
Viterbi-  
ensis fig-  
mentae*

cissimus. *Johannes ANNIUS*, patria Viterbiensis, professione Theologus, Monachus ordine: sed fama turpissimus mendax, & nugator fallacissimus: Novus *Berosi, Manethonis, Xenophontis, Fabri Pictoris, Myrsili, Catonis, Sempronii, Metasthenis & Philonis* plastes. sub quorum nominum dignitate mendacia, ineptias, figmenta, nugas, somnia, fabellas, & hujus furfuris alia incredibili confidentia eruditis obtrusit, innumeros sefellit, plures in dubitationem adduxit, paucis suspectum se fecit. Venerabantur diu eruditi nomina, *Berosi* maxime, *Josepho, Plinio, & Eusebio* citati auctoris, sed

desiderio res minus respondebant, quae ineptum ubivis ac futile ingenium ostendebant; cum isti contra auctores a gravitate commendarentur. Tandem igitur detracta *Berso* ac reliquis larva, foetidus *Annius* ostensus & ludibrio Musarum expositus est. Qui injuriam hic *Annio* fieri existimant, *Gaspar. BARRERIUM Lusit.* in libello quem de *Falso Nomine edito Beroso* scripsit. & juxta hunc *Job. Gerop. BECANLUM lib. IV. Orig. p. 340. seq. ad* ant, qui uterque etiam in *Bibliotheca Hispan. Tom. II. p. 357. & 386. extat.* Sic de fraude hominis non amplius dubitabunt,





Illustrissimi ac Generosissimi  
Domini.

**N**on numerandi cives in Acade-  
miis; sed aestimandi sunt. neque quot vi-  
vant in iis; sed qui studeant, refert. Cre-  
scunt cum numero vitia plerumque: & sua Aca-  
demias multitudine laborare nihil novi est. Cives  
igitur Quingentos suos Fridericianapulus faciet; quā  
multo millia aliorum: si quidem unus bonus pluri-  
bus praestat, hoc nomine indignis. Vincit sane, si ita  
rem aestimamus, ut aestimare boni debemus omnes,  
Halensis nostra plerasque in Germania Academias  
celebritate. In qua octo Illustrissimi Comites  
flōrent; nec minor Liberorum Baronum numerus,  
& longe ultra illorum frequentia est, qui ex Eque-  
stri hic Ordine literis serio incumbunt. reliqui Ma-  
gnorum Parentum carissima pignora sunt; ingenui  
omnes ac digni hac laude cives. Sed ita cuncti sen-  
tient, quibus de salutaribus Fridericianae nostrae  
legibus, ac institutis constat. Vestra, Domini mei,  
ego nunc Illustrissima ac Generosissima nomina colo,  
Vestras virtutes praedico, quas ex eo statim tempo-  
re, quo mihi auditores innotuistis, omni veneratione  
tacite sum prosequutus. Eae enim animi & corporis  
Vos dotes commendant, ut singuli habeatis, quod  
spem Patriae explere, & Principum ac Aularum  
ma-

magnam de Vobis expectationem referre omni modo potest. Etenim si magnificum in isto animum admiror, in altero imperterritam fortitudinem suspicio, promptitudinem & alacritatem in tertio extollo, in alio moderationem aestimo, & animi aequabilitatem prudentiam deinde, magnanimitatem, constantiam, solertiam, libertatem, ac integritatem rursus veneror in aliis; nihil errare me video; nisi quod singulis unam virtutem tribuam, cum tribuere plures possem. Sed posteritas, cuius Vos spes estis, suo haec tempore plenius praedicabit. Vos agite, Domini mei, & quod dignitatem materiae huic meae studiisque e Vestris Nominibus conciliem bene assumite, & meliorem in partem interpretamini. Neque haec legisse Vos poeniteat & in memoriam revocasse; cum, quae originum in historiis difficultas sit, saepius in Pufendorfi explicationibus dixerim; cuius hic rei causas invenitis. Valete.

Illustrissimis & Generosiss.  
Nominibus Vestris,

devotus

J. P. LUDOVICUS.



DD A 6307

ULB Halle 3  
002 937 14X




88

V 17

Rehov







~~54.~~

Q. D. B. V.

# HISTORIA

SINE PARENTE.

De

## CAUSIS FABULARUM CIRCA GENTIUM ORIGINES,

IN ALMA FRIDERICIANA

PRAESIDE

M. JOH. PETR. LUDOVICO,

Hala Sjev.

C.P. Caes. & Phil. Adjunct.

*differet in publicum*

LAURENTIUS ZERNOTTE,

Belgard. Pomer.

Ad diem XXI. Julii c1o 1o viicc.

Horis antemeridianis

locoqve consveto.



HALAE MAGDEBURGICAE

Typis CHRISTOPHORI SALFELDII, REGIMINIS ELECT.  
BRANDENB. Typ.

